



Universitätsbibliothek Paderborn

Theologiae Mysticae Sive Exercitiorum Spiritualium Admodum Reverendi Patris P. Aloysii Siderei, Alias Vincentii Caraffa, Societatis Iesv Praepositi Generali, Tomvs ...

ex Italico Latino recenter idiomate opera et studio fidelissimi cuiusdam
interpretis donatus

Peregrinus terræ. Fascicvlvs Myrrhæ Siue Considerationes Variæ Super
Plagas Et Vulnera Christi D.N. Itinerarium. Seraphinus. Civis coeli

Caraffa, Vincenzo

Coloniae Agrippinae, 1660

Amor insuperabilis.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-49469](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-49469)

CONSIDERATIO XII.

AMOR DEI,

Amor insuperabilis.

Quid mirum est, ô Amor, si sis insuperabilis
vincibilis, cum sis Amor Dei, qui superari
non potest? Proprium est hoc divini Amoris,
commune cum altero amore, qualis unque sit, con-
raturum. Sicut unum bonum superat alterum bonum,
sic amor amorem. O Amor, tu accipis roborem
objecto, es insuperabilis in Deo, es invictus in Deo,
omnipotens in Deo. Mane in Deo, stabile in Deo,
vive in Deo: & eris formidabilis mundo, terribilis
seculo, admirabilis toti Universo.

Canta canticum Amoris, anima Deo dilecta:
age tuo Benefactori, quia tuum amorem in
Sed ô tu amor meus, qualis es in Deo? quantum
à Deo? Amo, & amabo Deum meum, & aliam
volo, quam Deum. Sed qualis est mea consolatio
considero, quoties Deum meum dimiserim?
dimisi? quid acquisivi? quis me decepit? *Peccatum
meum contra me est semper.* Ego solus sum culpator,
ego solus peccavi, ego solus cæcus ad tantum
surdus ad tot clamores, ingratus pro tot ben-
ficiis.

Quid retribuam Domino? amorem pro amore
amorem pro culpis, amorem pro offensis. *Veritas
Deus meus, tantum amare te, quantum offendi,
& amplius, & semper amplius amare te
intense, amare te æter-
num.*

